

Directions: Read the passages. On your Scantron answer sheet, mark the best answer to each of the items which follow the passages.

Selection One:

Bellō Pūnicō secundō victus Hannibal ad Prūsiam, rēgem Pontī, fūgit. Et Hannibal et Prūsias Rōmānōs superāre cupīvērunt, sed Eumenēs, quī amīcus Rōmānīs erat, restituit. Itaque Hannibal Eumenem proeliō superāre cōstituit. Sed Eumenēs maiōrem classem (*fleet*) habuit. Itaque necesse erat dolō (*trickery*) pugnāre. Iussit multās venēnātās (*poisonous*) serpentēs colligī et in vāsa (*pots*) conicī. Tum necesse erat nāvem rēgis Eumenis cognōscere, quod hōc modō fēcit. Nūntium ad nāvēs hostium mittit. Ubi nūntius ibi pervēnit et, epistulam ostendēs, sē rēgem dīxit quaerere, statim ad rēgem ductus est, quod omnēs crēdebant epistulam dē pāce agere. Postquam nūntius Hannibalī rēgis nāvem mōnstrāvit, Hannibal iussit omnēs in rēgis concurrere nāvem. Quōrum vim Eumenēs cum sustinēre nōn posset, fugā salūtem petivit. Cum reliquae hostium nāvēs Hannibalem premerent ācrius, in eās vāsa, dē quibus suprā mentionem fēcimus, coniecta sunt. Prīmō hostēs risērunt; postquam autem nāvēs suās complētās cōspexērunt serpentibus, novā rē perterritī, nāvēs vertērunt sēque ad castra sua rettulērunt. Sic Hannibal cōsiliō arma hostium superāvit.

1. Quocum Hannibal fidem habebat?
 - a. cum Romanis
 - b. cum rege Ponti
 - c. cum Prusiis
 - d. cum Eumene
2. Contra quem Hannibal pugnaverat?
 - a. Romanos
 - b. Prusios
 - c. Eumenem
 - d. Punicos
3. Quis Romanis favebat?
 - a. Hannibal
 - b. omnes Prusii
 - c. Eumenes
 - d. omnes Pontici
4. In quale proelio pugnaverunt?
 - a. in proelio Africano
 - b. in proelio longissimo
 - c. in proelio navali
 - d. none of the above
5. Quis copias maiores habebat?
 - a. Hannibal
 - b. Eumenes
 - c. Romani
 - d. Punici
6. Cur habebat Hannibal serpentes?
 - a. semper amabat serpentes
 - b. erant sacri Marti
 - c. constituit se occidere
 - d. none of the above

7. Cur misit Hannibal nuntium ad naves hostium?
- | | |
|-----------------------------------|-----------------------------|
| a. ut pacem peteret | c. ut navem regis inveniret |
| b. ut numeros hostium cognosceret | d. none of the above |
8. Cur primum est aggressus navem regis?
- | | |
|---|---|
| a. quod navis minima erat | b. quod sine duce possit Hannibal facilius alteras naves superare |
| c. quod volebat omnes serpentes in navem regis ponere | d. none of the above |
9. Eumenes tam gravius oppugnatus est ...
- | | |
|-----------------|-----------------|
| a. ut vinceret | c. ut viveret |
| b. ut moriretur | d. ut effugeret |
10. Quid, credis, erat in epistula nuntii?
- | | |
|--------------------|----------------------|
| a. mandata Eumenis | c. nihil interest |
| b. petitio pacis | d. none of the above |
11. Quid erat armum maximum Hannibalis?
- | | |
|------------|----------------------|
| a. dolus | c. serpentes |
| b. classis | d. none of the above |
12. Quo bello erat Hannibal victus?
- | | |
|-----------------------------|--------------------------|
| a. Bello Punico | c. bello contra Ponticos |
| b. bello contra regis Ponti | d. bello contra Punicos |
13. Cur necesse erat Hannibali auxilium Eumenis?
- | | |
|-----------------------------------|---|
| a. volebat in Ponto habitare | c. Hannibal auxilium Eumenis non voluit |
| b. volebat consilium novum capere | d. volebat Romanos superare |
14. Ubi positi serpentes?
- | | |
|----------------|---------------------|
| a. in urnas | c. in aquam |
| b. extra naves | d. in navem Eumenis |
15. Quo effugerunt hostes?
- | | |
|------------------|---------------|
| a. Carthagine | c. ad Romanos |
| b. ad castra sua | d. a Ponto |
16. Quid fecit Hannibal cum serpentibus?
- | | |
|----------------------------|--|
| a. omnes serpentes necavit | c. in naves relictos hostium iaci iussit |
| b. dolo Eumeni dedit | d. none of the above |

Selection Two:

Phōciōn Athēniēnsis, etsī saepe exercituum dux fuit summōsque magistrātūs cēpit, tamen multō eius nōtior est integritās vītae quam rei mīlitāris labor. Itaque huius (*the latter*) memoria est nūlla, illius autem magna fāma, ex quō Bonus est appellātus. Fuit enim perpetuō pauper, cum maximās opēs habēre posset propter frequentēs dēlātōs honōrēs potestātēsque summās quae eī ā populō dabantur. Hic cum ā rēge Philippō mūnera magnae pecūniae repudiāret, lēgātī Philippī eum hortātī sunt accipere: "Sī ipse hanc pecūniam nōn cupis, liberōs tuōs tamen memoriā tenē, quibus difficile erit in summā paupertāte glōriam tuam retinēre." Ille respondit: "Sī meī (*gen.: me*) similēs erunt, idem hic ager parvus illōs sustinēbit quī mē ad hanc potestātem perdūxit; sī autem dissimilēs futūrī sunt, nōn cupiō meā pecūniā illōrum sustinēri augērīque lūxuriam."

17. Quid erat agnomen Phocionis?
a. Atheniensis
b. Pauper
c. Magnus
d. Bonus
18. Habuitne Phocion magis quam unum filium?
a. ita
b. non
19. Phocion divis fieri posset propter...
a. fundum magnum
b. memoriam omnium Athenorum
c. pecuniam liberorum suorum
d. none of the above
20. Multa pecuniae ...
a. cupivit
b. petivit
c. repudiavit
d. odit
21. Quis pecuniam Phocioni dare voluit?
a. rex Athenarum
b. filii sui
c. Phillipus
d. none of the above
22. Phocion erat notior propter integritatem vitae quam ...
a. gloriam militarem
b. honestatem
c. pauperitatem
d. none of the above
23. Phocion erat dux et
a. magistratus et rex
b. magistratus et agricola
c. agricola et vir divis
d. agricola et rex
24. Legati dixerunt Phocionem pecuniam accipere debere ...
a. quod fuit donum regis
b. quod pauper erat
c. filiis eius
d. none of the above
25. Phocion semper ...
a. exercitum duxit
b. regem timuit
c. magistratus erat
d. pauper erat
26. Quid timuit Phocion?
a. regem
b. ne liberi sui vitam luxuriae agerent
c. ut filii luxuriosi fierent
d. mortem
27. Phocion dixit ...
a. omnem hominem multum pecuniae velle
b. filios suos Athenis pugnare debere
c. se vitam elegantem liberis suis velle
d. pauperitatem sibi potestatem dedisse
28. Qualem fundum habuit Phocion?
a. pretiosum
b. parvum
c. malum
d. magnum

29. Phocion credit ...
- meliora filiis suis esse strenue laborare
 - sibi necesse esse omnia filiis suis facere
 - omnia regis repudiata esse debere
 - none of the above
30. The best title for this passage would be ...
- Show Me the Money
 - A Modest Life Leads to Greatness
 - A Great Man is Rewarded
 - Never Look a Gift Horse in the Mouth

Selection Three:

Pyrrhus, Graecus imperator, bellum cum Romanis gerēbat et Romam contendere constituit. Exercitus Romanus perterrēbatur et in Campaniam sese in fugam dedit. Legati (Envoys) ad Pyrrhum missi sunt quod captivos redimere (to ransom) cupiebant. Unum ex legatis Romanorum, Fabricium, Pyrrhus sollicitare (to bribe) temptavit, quartā parte regni promissā, sed frustrā (in vain). Postea Pyrrhus legatum nobilem virum, Cineam nomine, ad Romanos misit et pacem aequis conditionibus petivit. Partem Italiae, quam iam armis occupaverat, obtinere cupivit. Hoc Romanis non gratum (pleasing) erat. Fabricius contra (against) Pyrrhum missus est. De eo Pyrrhus olim dixit, "Ille est Fabricius qui difficilius ab honestate (uprightness) quam sol a cursu (course) suo removeri potest."

31. Exercitus Romanus sese in fugam dedit quod Pyrrhus ...
- Romae appropinquabat
 - Romam occupavit
 - ad Campaniam contendit
 - erat Graecus imperator
32. Pyrrhus promisit quartam partem regni si Fabricius ...
- legatos Romanorum remiserit
 - captivos redemerit
 - ad Romanos remissus erit
 - Pyrrho auxilium dederit
33. Pyrrhus partem Italiae obtinere cupivit ...
- aequis conditionibus pacis
 - per legatos nobiles
 - proelio
 - armis
34. Romani Pyrrho cedere non cupiebant, itaque ...
- arma eius occupaverunt
 - Fabricium contra eum miserunt
 - dixerunt eum non gratum esse
 - legati contra eum missi sunt
35. Pyrrhus olim dixit, "Fabricius ab honestate removeri potest ...
- sine difficultate."
 - maxima cum difficultate."
 - facile."
 - cursu solis."

TIE-BREAKERS:

The following items will be graded only in the event of a tie.

[Scipio is accused by Naevius]

M. Naevius, tribunus plebis, accusavit Scipionem ad populum, dixitque eum accēpisse a rege Antiocho pecuniam. Scipio promiserat se cum Antiocho pacem conditionibus mollibus (easy) populi Romani nomine facturum esse. Tum Scipio respondit, "Memoria teneo hodie esse diem quo Hannibalem, imperio vestro inimicissimum, magno proelio in terra Africa vici, pacemque et victoriam vobis obtinui. Deis ingrati (ungrateful) non debemus esse. Iovi (To Jupiter) optimo maximo gratias agere debemus omnes." His dictis, contendere ad Capitolium incepit.

51. What did Naevius accuse Scipio of doing?
 - a. He had received money for King Antiochus.
 - b. He had given money to the people
 - c. He had received money from the people's tribune.
 - d. He had received money from King Antiochus.
52. What had Scipio promised to do?
 - a. To make peace by easy terms.
 - b. To make peace easy for Antiochus.
 - c. To make known the name of the Roman people
 - d. To make easy terms for the Roman people.
53. What did Scipio remember about this day?
 - a. Scipio defeated Hannibal and obtained peace and victory.
 - b. Scipio was conquered in a great battle.
 - c. Hannibal obtained peace and victory.
 - d. Hannibal was victorious in Africa.
54. What reference is made to the gods?
 - a. The gods ought not to be ungrateful.
 - b. The greatest and best gods ought to be thanked.
 - c. All ought to erect a statue to Jupiter
 - d. The Romans ought not to be ungrateful to the gods.
55. What did Scipio do after he had made these remarks?
 - a. He attacked the Capitolium.
 - b. He began to fight for the Capitolium.
 - c. He started to hasten towards the Capitolium.
 - d. He began to withdraw from the Capitolium.

